

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli m  
cum fonte primo

Paulus terram simul ac mare,  
Greciam simul atque barbariam,  
omnemque prorsus, quanta est sub sole regionem,  
quasi uolitans circuivit, non simplici labore  
uelut in uacuum itinera percurrens,  
sed peccatorum spinas pariter euellens,  
nimbum pietatis ubique seminans, errores fugans,  
ueritatem reducens, ex hominibus angelos faciens,  
quin immo ipsos homines  
quasi ex demonibus angelos prouehens.

Crisostomus de laudibus Pauli omelia I.

*Quae sacrificia Paulus offerat.* — Neque vero  
his tantummodo sacrificiis contentus fuit:  
sed quia bene se ipsum consecraverat Deo,  
etiam orbem universum studuit offerre:  
qui terram videlicet ac mare,  
Graeciam simul ac Barbariam,  
omnemque prorsus, quanta est sub caelo, regionem,  
quasi volitans, circumivit, non simplici labore,  
veluti in vacuum itinera percurrens;  
sed peccatorum spinas pariter evellens,  
et verbum seminans ubique pietatis, fugans errores,  
veritatem reducens, ex hominibus angelos faciens:  
quin imo ipsos homines  
quasi ex daemonibus in angelos provehens.

Iohannes Chrysostomus, *De laudibus sancti Pauli apostoli homiliae*, 1 (PG 50, col.474).